



## Universitätsbibliothek Paderborn

### Historiae Ecclesiasticae Pars ...

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||  
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||  
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad  
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni  
magni ad trigesimum ...

**Christopherson, John**

**[Köln], 1569**

Quinam Traiano imperante Romanorum & Alexandrinorum fuerunt  
episcopi. Cap. I.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29861**

EVSEBII HISTORIAE

quæ multorum criminum apud dominum esset infimulata: quam quidem euāgelium secundum Hebræos complectitur. Atque hæc inter alia, quæ recensuimus, comode & opportunè obseruata sint & notata.

*Finis tertij libri.*

EVSEBII COGNOMENTO PAMPHILI  
EPISCOPI CAESARAE PALESTINÆ, Ecclesiasticæ historiæ  
Liber quartus.

*Quinam Traiano imperante Romanorum & Alexandrinorum fuerunt episcopi.*

CAP. I.



Num circiter duodecimum imperij Traiani, episcopus Ecclesiæ Alexandrinæ, cuius paulò antè feci mentionem, vitam cum morte commutat: ac quidam nomine Primus, ab apostolis successione quartus, ministerium Ecclesiæ illius sortitò capit. Eodem tēpore, ubi octo annos Euaristus in Romanæ ecclesiæ procuratione obeunda compleuisset, Alexander quintus, successione à Petro & Paulo ducta, Pontificatum obtinet.

*Qualia Iudei sub ipso perpessi sunt.*

CAP. II.

Quemadmodum seruatoris nostri doctrina & ecclesiæ status, magnopere iā tum florebat, & in dies maiores amplioresque faciebat progressiones: Sic Iudeorum cala-